



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

11-58

SIGNAT. clvccccxiii.

51
Quod felix nobis jubeat DEUS esse bonumq̄!

EXERCITIA SCHO-
LASTICA

Ex historiâ Fonæ & Ninivitarum,

itemq̄;

ex Hymno Fosaphati,

a. d. 18. Decembr.

Ann. 1642.


in Elifabetano Gymnasio,
habenda.

indicit

M. ELIAS MAJOR
Rector.

BRESLÆ,

Exprimente GEORGIO BAUMANNO.



LECTURIS

Salutem, Observantiam, Amorem.

Consideranti mihi ingentes istorum temporum calamitates, periculaq³, quibus universum nomen Christianum ita nunc involvitur, ut nisi improvisum prae potentis benigniq³ Numinis tanquam *ἀπὸ μὴχανῆς*, affulerit auxilium, & de nobis, & de innumeris aliis mortalibus, actum esse videatur; in mentem venit, non modò cum

a) lib. 2.
FAMIL. E-
PIST. 4.

b) Polycar-
po, apud
Euseb. lib.
8. Hist. Ec-
cles. cap.
18.

(a) M. Tullio, non eloquente magis, quàm sapiente homine, putare, Civem non esse, qui temporibus his ridere possit: sed & cum pientissimo illo sanctissimoq³ Patre (b) exclamare: O DEUS, in quænam tempora nos servasti! Quid enim in præsentia vel usurpamus oculis, vel auditione percipimus aliud, quàm sanguinem non Turcorum, sed Christianorum, non à Turcis, sed à Christianis, effusum? quàm celeberrimas urbes, villasq³ fructuosissimas, partim violenter, partim imprudenter, fortasse etiam petulanter inflammatas, infeliciter certè conflagratas? quàm opes ac facultates nunquam, siquidem humano hanc rem censeamus iudicio, recuperandas, cum pulvisculo conversas ablatasq³? quàm omnem, ut uno complectar verbo, cladem, calamitatemq³, ac intemperiem in nostras adventam regiones? Quæ ipsa mala etsi tanta sunt indubiè, ut nullis lacrumarū effusionibus satis defleri queant; tantum abest, ut hilariorum aliquam ridendi suppeditent materiam;
aquum

æquum tamen esse hautquaquam arbitror, quasi nulla amplius in potestate pariter & bonitate DEI spes nobis sit reliqua, ita deficere animo. Quin potius pestes has dirisimas, quæ in ultimum hoc se eruperunt seculum, credamus, præconum instar diuinitus emissorum, & intimare nobis justissimam iram sceleratissimam nostram profligatissimamq; vitam offensi Numinis; & ad sedulam agendam pœnitentiam, tantum non vivam voce instigare nos atq; impellere. Quem enim fontem, quam scaturiginem esse arbitrabimur, unde tot & tanta non dico flumina, sed maria calamitatum in nostrum Orbem ita sint diffusa, ut brevi eum planè submersura videantur? Reges nè illos Principesq; potentissimos, quorum auspiciis bella hæcenus gesta sunt, accusabimus, in jus quasi vocantes eorum inclementiam, per quos steterit hæcenus, quò minus jamdudum ætatem pace illa & auro magis auream, & melle magis melleam uti frui potuerimus? Absit verò, ut ad id oratione nostra deveniamus, quod nec sine certissimo periculo asserere, nec sine maxima difficultate confirmare liceat. Est, quod in hoc genere, non modò tutius, sed & verius; nec verius tantum, sed utilius quoq; in medium adducamus. Quidnam illud sit, operosiore aliquam conjecturam neutiquam opus est. Quod enim Divinæ Majestatis amor, honor, timor, à plerisque omnibus susq; deq; habetur: quod non nisi adorandum ipsius nomen, & ludibrio & blasphemis proscinditur; quod diei Sabbati, sive ut hoc Novi Fœderis more dicam, Dominici religio, aut planè non, aut leviter saltem, colitur; quod fidelissimi Zelosq; divino ardentissimi Animarum Curatores, sedulo

asferentes, fore post hoc ævi, ut pii quidem in beatorum cœ-
tu concilioꝝ DEUM coram, & sicut est, contemplantes, spe-
ratâ voluptatis gloriæq; magnitudine, ad innumerabilium
seculorum etates potiantur: impios vero atrapix sulfurq;
agitent apud infernales carnifices, ipsorumq; capitib; illuce-
ant; deliramenta loqui videntur: quod contumacia, invidia,
ira injusta, libido, adulterium, furtum, fraus, injuria, per-
fidia, finitimaq; crimina, & audacter, & propemodum
impune inter homines grassantur: ob eas profectores DEI,
quem nihil clam haberi potest, justissima indignatio, nostra
non cessat punire maleficia. Nec cessabit porro: nisi nos
vitæ morumq; nostrorum pravitate atq; turpitudinem se-
rio detestati, misericordissimum Patrem cœlestem delicto-
rum veniam roga verimus, eaq; per & propter Servatorem
nostrum unum & unicum JESUM CHRISTUM impetratâ,
pietati, justitiæ, temperantiæ, cæterisq; hominis Christiani
dignitatem magnopere ornantibus virtutibus, operam dede-
rimus. Quod ipsum ut nos quoq; suo quisq; loco faciamus;
non solum infelicissimus hic, quo de dixi, presentium tempe-
statum status, & nostras aures vellere, & mentes admone-
re; verum etiam omnes & universos singulare eximi-
umq; Ninivitarum exemplum, à Prophetâ & quasi
Apostolo Gentium Jonâ descriptum, exstimulare pari-
ter & confirmare debet. Etenim, ut sanctissimi gravis-
simiq; Ecclesiæ Doctoris Ambrosii verbis hoc dicam;
ista omnia [quæ de Ninivitis commemorantur] in com-
nitionem nostri facta esse, nemo est, qui nesciat; ut
quotiescunq; tribulationibus perurgemur, ad hæc
præsidia

Serm. 40.

præsidia concurramus: utputa adversarius imminet,
inimicus in promptu est; jejunemus & vincamus. So-
lent quidam homines, quotiescunq; necessitatem ar-
duam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilii
causa destinare legatos: nos quod est melius, legatio-
nem ad DEUM per jejunia destinemus, & ab ipso im-
ploremus auxilia, ad ipsum nos corde, & orationibus
conferamus. *Hæc Ambrosius.*

*Hanc historiam quia juventutem etiam Scholasticam,
quæ non eruditionis magis, quam pietatis flagrare amore
debet, penitus nosse fas est, ut non solum animum eâ pascat,
sed etiam talibus tanquam speculis ad serium penitentiæ stu-
dium exardescat: placuit hoc ipsum argumentum eligere, in
quo industrii Adolescentes suum memoriæq; & in præ-
sens, & in posterum, $\sigma\upsilon\upsilon$ $\Theta\epsilon\omega$, exercerent. Et quid hoc qui-
dem tempore hac in re præstitum sit, confestim subjuncta
docebit delineatio. Adjuncta autem sunt carmina nonnulla,
Hymnum illum Ecclesiasticum, ex pientissimi Regis
Juda Josaphati precibus confectum, $\text{Werr wir in höchster}$
 nöthen sein /experimentia; Latina illa pleraq; & metris iis
decem, quibus Romanæ lyre fidicen in primo Odarum
libro usus est, conformata: accessere tamen duo, alterum E-
bræum Jambicum, alterum Græcum, Heroicum. Quæ
omnia, quem locum inter materias, ut ita dicam, Nini-
ticas teneant, idem ille typus mox ostensum ibit. Quod
superest, Viri Magnifici, Strenui, Amplissimi, Reve-
rendi, Nobilissimi, Excellentissimi, Clarissimi, Do-
ctissimi, ad Actum Scholasticum his ipsis recitationibus
destina-*

destinatum, & cras, cum bono DEO, horis ab octavâ
matutinis & à primâ pomeridianis in Gymnasii Elisa-
betani Auditorio supremo habendum, Vestras Digna-
tiones atq; Humanitates submissè, officiosè, amicè, invi-
tatas volo: quantum vel debeo, vel possum rogans, ut anti-
quum illud vestrum obtinentes, spectatissimâ vestrâ præ-
sentiâ & universam rem scholasticam mirificè ornetis, &
discientium in primis studia singulariter adjuveis, quæ non
possunt non excitari, & quasi stimulis quibusdam impelli,
si tantorum Virorum favore & benevolentia sublevata
fuerint. accedentibus præsertim aliquibus diligentia præ-
miis: quæ ne in præsens quoq; Exercentium industriam defi-
ciant, fecit commemoranda Honestissimi Ornatis-
simiq; Civis cujusdam nostratis liberalitas, quam non
Adolescentes magis & pueri, quam ipsa Schola, quæ sibi
quoq; honorem munificentia ejusmodi haberi intelligit, nun-
quam non Gratisimis Feret Laudibus. Vestræ autem,
Domini, Patroni, Amici Observandi, Honorandi,
Diligendi, quorum in officinâ nostra litteraria conspectus
nobis multò jucundissimus futurus est, Vestræ inquam
Amplitudini, Dignitati, Humanitatiq; , etsi præter
obsequi, colere, adamare, nihil propemodum polliceri ha-
bemus: quotiescunq; tamen vel hæc, vel alia quæcunq; of-
ficia præstandi non-incommoda se obtulerit nobis occasio, o-
peram dabimus, ut nulla gratificandi Vobis facultas, Volun-
tatem nostram superasse videatur. P. P. Vratislaviæ,
XVII. Decembris, Anni præcipitantis cl^o I^oc XLII.

Delinea-

DELINEATIO Personarum & Argumentorum.

Godfridus Hagemüller Vratisl. PROLOGUS, de dicto B. Polycarpi pauca præfatus, attentionem captabit.

Samuel Pomarius Wincigensis Silesius Hymnum Jofaphati Ebræa lingua expressum, præmissis tamen nonnullis Latinis versibus, recitabit.

Christianus Walther Hirschbergensis,

Joachimus Nerger Greiffenbergensis,

Sigismundus Klose Vratislaviensis,

Henricus Wielisch Prausnicensis,

Jacobus Wilde Greiffenbergensis,

eundem Hymnum Latinis versibus Horatianis dicent.

Johannes Wolfart, &

Johannes Scheffler Vratislavienses Historiam Ninivitarum, ex Aurelii Prudentii Hymno 7. Cathemerinon, ille Latino Heroico, hic Germanico carmine descriptam, recitabunt.

Daniel Luther Vratislaviensis,

Georgius à Polshnik,

Johannes Wilhelmus Reichel Vrat.

Daniel Franck Vratislaviensis,

Henricus à Mühlheim,

Fridericus Bollgnad Vratislaviensis,

Sigismundus Kopper Vratislaviensis,

Lucas Frölich Vratislaviensis,

historiam Regis Sardanapali (hunc enim in urbe Ninive verum eo tempore potitum, plerorumq; interpretum ponit auctoritas) per partes, Germanicè exponent.

Fridericus à Falckenhan, factum Regis Ninivitarum, verso quodam loco ex D. Ambrosii Sermone 40. commendabit.

Ioachimus Nerger Greiffenbergensis Columbam (Hanc enim vox Jonæ Ebræis denotat) cum Christianis, potissimè Ministris verbi comparabit.

Jacobus

Jacobus Wilde Greiffenbergensis, Typum Christi in Jonâ propositum explicabit.

Sigismundus à Nymptsch urbem Ninive describet.

Vilhelmus à Rhediger, de Causis everfionis Rerumpub. diſeret.

Adamus Venceslaus Reichel Vratiſlavienſis peccati effecta deteſtanda recenſebit.

Iohannes Feldner Vratiſl. de peccatis in cælum clamantibus. ager.

Philippus Iacobus Sachs Vratiſlavienſis commemoratiſ Jonæ peccatis, de ſanctorum lapſibus quædam attexet.

Christianus Franck

Georg. Fridericus Luther

Carolus Sigism. Reichel

Iohan Daniel Major

Iohan. Ioachimus Haunold

Iohan. Ernestus Haunold

Iohan. Sigism. Haunold

Vratiſlavienſes, Mare & Vitam humanam, invicem comparabunt.

Christianus Benjamin Albertus Vratiſl. Tempeſtatum fines commemorabit.

Christianus Walther Hirschberg, Tempeſtatum & calamitatum vitæ noſtræ collationem iſtituet.

Henricus Wielſch Prauſnicenſis, Hymnum Joſaphati, lingvâ Græcâ expreſſum recitabit.

Christianus Bertram Camentianus Luſatus,

Christianus Jölckel Vratiſlavienſis,

Salomon Keiſel Hirschbergienſis,

Samuel Kloſe Vratiſlavienſis,

Elias Major Vratiſlavienſis,

eundem Hymnum Latinis verſibus Horatianis dicent.

Sigismundus Kloſe Vraſlavienſis, & juſſu Præceptoris & Hoſpitis nomine, præmia diſtribuet.

Godofredus Newman Vratiſlavienſis, de dicto Philonis, Ubi deſiſcit humanum auxilium, incipit divinum, pauca præſatus, Auditoribus ager gratias.

Iohannes Döring Vratiſl. pauciſſimos verſiculos Latinos & Germanicos, ex Collektâ, ut vocant, Eccleſiaſtica, huic ADVENTVS tempori ſacrâ, Excita quæſumas, Domine, potentiam tuam, &c. factos recitabit, itaq; Actûs bujus operi abſoluto tanquam ſaſtigium imponet.



Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3
002 686 287




Sb,

VD 17
Sep. 2000 Pd.







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

51

US esse bonumq.!

A SCHO-

CA

Ninivitarum,

phati,

nbr.

Gymnasio,

MAJOR

BAUMANNO.

